e-codices

S pero ſeruabit idem ſine meo ſumptu paratę iam ſunt ſcapulis ſimbolę
A ggrediar hominem aduenientem peregre herum ſtratiphoclem
S alua impartit ſalute ſeruos epidicus. St ubi iſ eſt. Epi adeſt
S aluom te gaudeo huc aduenisse. Str tam ẽ iſtuc credo ꝗ mihi
Epi B ene ne uſque ualuiſti. Str a morbo ualui ab animo eger fui
Epi Q uod ad me attinuit ego curaui qđ mandaſti m̃ impetratum eſt
E mpta eſt ancilla quod tu te ad me litteras miſſiculabas
Stra P erdidiſti omnem operam. Epi nam quid perdidi? Str q̃ meo neq; carae
C ordi neque placet. Epi quid retulit m̃ tantopere te mandare
E mittere ad me epiſtulas. Str illam amabam olim ñc ĩa alia cura
I mpendet pectori. Epi hercle mirum eſt gratum ẽẽ homine
I d quod faciaſ bene ego quod bene feci male feci q̃a amor mutauit locũ
Stra D eſipiebam mentis quom illas ſcriptas mittebã ẽ. Epi men piacularem
O portet fieri ob ſtultitiam tuam ut meum tergum ſtultitię tuae
S ubdaſ ſubcidaneum. Ch quid iſtic uerba facimus? huic homini
O puſ eſt quadraginta minis celeriter calidis daniſtę quas reſoluas
E t cito. Epi dic modo unde auferre me uiſ a quo trapezita peto
Stra V nde lubet nam niſi ante ſolis occaſum elo
M eam domum ne imbitaſ tute in piſtrinum
Epi F acile tu iſtuc ſine periculo & cura corde libero fabulare ioui
T ergo noſtro. ſed mihi dolet quom ego uapulo
Stra Q uid tu nunc patiere ut ego me interimam. Epi ne feceris
E go iſtuc accedam periculum potius atq; audaciam
Stra N unc placeſ nunc ego te laudo. Epi patiar ego iſtuc quod lubet
Stra Q uid de illa fiet fidicina igr̃. Epi aliqua re experibitr̃
A liqua ope exoluam extricabor aliqua. Str plenus conſilij eſ
N oui ego te. Epi ẽ euboicus miles locuplex multo auro potens
Q ui ubi tibi iſtam emptam ſcibit atq; hanc adductam alteram
C ontinuo te orabit ultro ut illã transmittas ſibi: ꝟ ũ illa ẽ.
Q uam tu adduxiſti tecum. Che iam faxo hic erit. quid hic nunc
A gimus. St eamus intro huc ad te ut hunc hodie diem luculente
H abeamus. Epi ite intro. ego de re argentaria iam ſenatum
C onuocabo in corde conſiliarium quoi potiſſimum
I ndicatur bellum: unde argentum auferam. epidice uide
Q uid agas. ita reſ ſubito hęc obiecta eſt tibi. ño enĩ ñc tibi
D ormitandum neque cuntandi copia eſt ẽ. ita adeundum ſenem

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 85v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/85v)